



56 Arpe 244  
*Illuminatio mea Deus.*

P R O  
**DOMINIS MERCIVM**  
NAVICVLÆ HIACINTI LLOBET  
C O N T R A  
**PROCVRATOREM FISCALEM**  
GENERALIS CATHALONIÆ.



X multis contedit fisci procurator fraudem aduersus Generale Cathaloniæ commissam faisse in manifestatione officiarijs illius facta mercium transueclarum in nauicula oncarraria Hiacinthi Llobet magistri eius ad littus maris oppidi de Canet appulsa, violatumque capitulum 8. in §. 8. Curiarum anni 1547. nec non præconia, & statuta Generali triennij 1641. in capitibus 58. & 59. ideoque prædictas merces in cōmissum

incidisse propter quod etiā fuerunt apprehensæ.

Primo fraudem allegat quod a nauis magistro fuerint dumtaxat denunciatæ 63. fasces siue balas merciū, cum fuerint repertæ 71. & sic fuerint omissæ denuncia ri octo fasces.

Secundo quod denūciantio non sit facta infra statutum tempus in dicto cap. 58

Tertio quod in memoriali manifestationis non fuerint expressæ & specificatæ merces contētæ in fascibus siue balas contra d. cap. 59.

Quarto quod prælibatū

A me-

memoriale, vulgo *Manifestum* non fuit tabulario personaliter traditum, sed dimissum domi uxori illius.

Quinto quod illud non fuit adueratū per nauis magistrum medio iuramento contra d. cap. 8. §. 8. & d. cap. 58.

Sexto quod non fuerunt tradita duo memorialia seu duæ copiæ memoriales eiusdem Manifesti, pro ut caueatur in d. cap. 58.

Præmitto ex facto in processu cōstare nauiculam die Martij 11. Augusti 1643. mercidiè ad horam maris oppidi de Canet peruenisse, & statim ei per Vicarium illius loci sub graui pœna quingentiarum librarum prohibatum fuisse commerciū, quia metuebat ne ex partib<sup>9</sup> contagioso morbo infectis perrexisset, & die Mercurij sequentij 12. ipsius mensis Augusti eadem hora meridiei per Consules Caneti restitutum fuisse cōmerciū, postea vero proxima die Iouis 13. Aug<sup>ti</sup> mane hora octava per officarios Generalis factam esse mercium appre-

hentionem.

Inde inferēdū & asserēdū est nullā potuisse in denūtiatione seu manifestatione merciū fraudē committi cū ad denunciandū in d. c. 58. statutorum triennij 1641. nauis Magistro 24. horæ concedātur postquam ad littus maris peruenit, quæ in hoc casu ante apprehensionem nō erant lapsæ, quia solum cæperunt labi à meridie Mercurij 12. Augusti quādo cōmerciū nauiculæ restitutū fuit, impedito enim nō currit tempus à lege, vel ab homine datū, siue impedimento iuris, siue facti præpediatur, l. i. ad fin. de annal. excepti. l. cum notissimi, §. quā obrem. ¶ c. illud de præscriptip. 30. vel. 40. anno. Surd. decisi. 151. num. 4. ¶ decisi. 236. n. 14. Pinel. in auth. nisi tricennale a n. 42. cum seq. C. de bonis mater. maximè ad euadēdū pœnā quia aliás puniretur sine culpa, quod est absurdum, contra tex. in l. sancimus, C. de pœn. l. rescriptum, ff. de his quib. ut indig. ut in terminis expedit noster Petr. Fontanel. de pac.

part.nup.clau.4.glo.12.nu.  
63. Et in nostro ipso casu  
quando nauiculae onerariae  
mercium denegatur com-  
merciū, quod nautis ma-  
gistro nō currant prædictæ  
24. horæ ad denunciandum  
præfixæ, declarat expresse  
tex.in d.cap.58.statutorum  
triennij 1641.

Nō obstat q[uod] declaratio ista  
ibi limitatur in codē c. 58.  
quando ex illis 24. horis su-  
persunt impedito sex horiæ  
sine impedimento antequā  
ipsæ 24. horæ prætereant,  
nā casus huius limitationis  
non est noster, quia totū tē-  
pore 24. horarum durauit  
impedimentum, vnde ne-  
cessit est ut iterum integræ  
currant 24. horæ ad denun-  
ciandum sublatō impedimento,  
quia casus omissus  
pro omisso habendus est,  
l.commodissimè, ff.de liber.  
¶ posthu. & poenalia stri-  
ctè & parcè interpretanda  
sunt, nec protracti possunt  
de casu ad casum, sed ad cui-  
tandam poenam semper est  
facienda interpretatio l.si de  
interpretatione, l. Praeses  
de pœn.Caf.Barzi.deci.62.

nu.56. & ubi ius non repe-  
ritur expressum, in huma-  
niorem partem declinandū  
est cap. fin. de transactio. l.  
benignius, ff. de legib. Na-  
uar.in can.si quis autem de-  
pœnit.dist.7.n.130.¶ 131.  
Augusti. Morla in empor.  
iur.par.1.tit.2.quast.3.nu.  
11.¶ 12. Imò verò cum nō  
versemur in casu limitatio-  
nis necessariò dicendum est  
quod sumus in casu regulæ  
quæ cōcedit 24. horas, quia  
casus omissus remanet in  
dispositione iuris d. l. com-  
modissimè, Mari. Anton.  
var.lib.2.resol.11.nu.16.  
Sed & in omni materia no-  
stra theorica vera est nec a-  
lia ratione in iudicijs, licet  
quando maior pars dilatio-  
nis est iuridica, dies feriati in  
illa computetur, tamen quā-  
do maior pars dilationis est  
feriata, nulli dies feriati cur-  
runt nec in dilatione com-  
putantur sed integra manet  
dilatio absq; ferijs, Micha.  
Ferrer 3.par.obserr.cap.297.  
¶ r. 299. Peguer. in pra-  
xi.civil.rubr.14.de dilatio-  
nib.num.13.¶ 15. ¶ an-  
teā notarunt Bald. in l.si

quādo in 4. quæf. c. de testib.  
Hostiēs. in c. licet causā de  
probat. Lāfrā. in c. quoniā  
cōtra falsam in vers. Dilat-  
tiones. n. 14. § 15. de pro-  
batio. Sic similiter quamvis  
cautum sit quod si ex p̄fā-  
tis 24. horis sex existant ha-  
biles, reliquæ verò sint inha-  
biles seu impeditæ, currant  
omnes, tamē quādo omnes  
sūt inhabiles seu impeditæ,  
nulla cōputabitur in dilatio-  
ne 24. horarū concessa, sed  
integra permanebit dilatio.

Quamquam argumenta  
ista in iure non præualerent  
propt̄ certissima sunt, tamen  
ad inducendam bonam si-  
dem & excusandum à pœ-  
na transgressorē suffice-  
rent, quia ignorantia iuris  
dubij & obscuri excusat à  
pœna, ut probat noster Cā-  
cer. var. p. 3. cap. 11. nu. 71.  
§ seqq. § cap. 12. nu. 225.  
§ 274. & sola probabilis  
credulitas errantis in iure  
liberat à pœna, & hinc cō-  
cludit Senatus Pedemontia-  
nus apud Osasc. decis. 7. eum  
qui iuxta proclamata non  
denunciavit frumentum, ex-  
cusari à pœna & admitti ad

purgationē moræ, eo quod  
probabiliter credere potuit  
se non esse comprehensum  
in proclamate ex rationibus  
quas proponebat, quamuis  
verè esset cōprehensas, quā  
decisionē sequutus est no-  
ster Senatus in casu quem  
refert Fontanade paci. nupt.  
clau. 1. nu. 49.

Concludendum ergo est  
quod si quando merciū ap̄di  
prehensio facta fuit, tempus  
iuris ad denunciandum lapa-  
sum non erat propt̄ reuera  
non erat præteritū vel pro-  
babiliter credi poterat non  
esset præteritum, non potest  
Fisci Procurator prætende-  
re in manifestatione merciū  
fraudem aliquam commis-  
sam esse vel merces in cō-  
missum incidisse, quia om-  
nia de quibus conqueritur,  
poterat adhuc nauis magi-  
ster adimplere, & sic octo  
fasces siue balas quæ nō de-  
nunciat̄ prætenduntur, po-  
terat adhuc denunciare, atq;  
similiter exprimere & spe-  
cificè designare merces in  
fascibus contentas tabula-  
rio quem domi non repe-  
rērat, memoriale personali-  
tē cr

ter tradere, & iuramento illud aduerare, & duplicem eiusdem copiam dimittere, quæ sūt omnia propter quorum omissionem prætenditur commissa fraus.

Hæc videbatur sufficere pro defensione dominorū mercium: sed ut veritas pro illis clarius elucescat, nulla que supersit aduersus eos dubitādi causa, ad singula capita superius memorata ex quibus fraus prætenditur cōmissa, sigillatim ultra supradicta respondebo.

Ad primum quod denūciatæ sint 63. tantum fasces siue balas mercium, & fuerint repertæ 71. sicque in nō denūciādo octo fasces fraus sit cōmissa, dico apparuisse dominos fascium denūciatarum, & in casu aduerso nō posse eos illas amittere, nec prætendi ipsas in commissum incidisse propter alias non denunciatas, quæ aliorum dominorum sunt: quia secūdum communem DD. opinionem, eamque æquissimam & receptissimā merces licet non amittuntur propter illicitas, & ita

248

probant & censent Boeti, decis. 178. nū. 4. Bouadil. in polit. tom. 2. lib. 4. cap. 5. nū. 22. Peregr. de iur. fis. lib. 6. tit. 5. nū. 30. Ioan. de Henia Bolanyo in labyrinth. commerci. lib. 3. cap. 10. num. 3. § 4. Suarez. allegatio 18. num. 6. lul. Clar. in pract. §. fin. quest. 82. satuto 7. nū. 9. Auiles. in cup. 52. Prator. glo. en latierra nū. 1. notatur in l. cotem ferro §. cam rem ff. de publica. § vectiga. & obseruaui ego de offic. iud. § aduoc. par. 1. q. 11. num. 16. cum seqq. vbi secundum communem præxim similiter tradidi merces nō debentes gabellam quæ simul vehebantur cum ijs quarū fraudata gabella est, non amitti, propterea apud suos ita quoque seruati ait Peregr. d. tit. 5. n. 31. Quid quod si fideliter fasces denūciatæ in memoriali numerentur, ipsæ sunt 64. & ista est veritas.

Ad secundum, quod denūciatio mercium infra legitimum tempus facta non fuerit, iam probauimus contrarium, & imò apprehēsi-

nem merciū factā esse ante lapsū temporis denunciādi. Augetur modo ista ratio quia lapsō denunciandi tempore potest edicti seu statuti transgressor, qui non denūcianuit, moram ante apprehensionem purgare, cū de iure Canonico quod in hoc Principatu antequam ciuile sequi tenemur, moræ purgationi sēper sit locus quādo ius partis non est factum deterius, Cæsar Barzi. decis. 50. nū. 53. ♂ decis. 111. nū. 12. ♂ 13. Marescot. varia. resol. lib. 2. cap. 124. nū. 26. Peguera. decis. 131. ex in pract. civil. rabri. 9. de except. nū. 8. Rota Romana apud Ludouis. decis. 539. nūm. 10. vbi extendit etiam post oppositionē partis, & ibi doctē Beltrami. in additio. fusē Fontanell. noſter tom. 2. decis. 407. fere per tot. vbi nūm. 8. attestatur in Cathalonia morę purgationem admitti in poenis fiscali bus pecuniarijs quoisque sint imburſatæ, ♂ decis. 356. nū. 26. ♂ 27. vbi idem docet, & quod etiam admittitur purgatio moræ quan-

do ius partis est factum deterius, soluto interesse. Si militer præcitus transgressor lapsō denunciandi tempore potest ante apprehensionem mercium poenitere, Nicol. Boeri. decis. 178. na. 32. in fin. Mascal. de probatio. vol. 2. conclus. 834. in verb. gabella n. 26. Ioan. de Hevia Bolanyo in suo labyrintho commerc. lib. 3. cap. 10. de la pena del comission 23. Bouadi. in polit. tom. 2. lib. 4. cap. 5. n. 18. Amiles in cap. 52. Prator. glo. en la tierra num. 21. Ripa de peste in parte de remed. ad cōseruan. ubertat. nū. 75. Ergo multo magis in nostro casu magister nauis nō lapsō adhuc denunciandi degit, immo tempore, quamvis tradito iam memoriali manifestatioſis, seu denūciatione facta, minus tamen (ut prætenditur) legitima, poterat morę purgare vel poenitere, si merces intempestivae per officiarios Generalis apprehensæ non fuissent.

Ad tertium quod in memoriali manifestatioſis secundum cap. 58. ordinatio-  
num

num triennij 1641. nō fuerint specificè designatæ merces in fascibus contentæ, multipliciter satisfit, nam imprimis ex depositionibus quatuor testium ita attestatum scilicet, Antonij Generes, Iacobi Badaura, Antonij Arnau, & Iacobi Pairet constat in illis partibus Perpiniani & Caneti non obseruari nec esse in vsu in similibus memorialibus seu manifestis exprimere nisi numerum fascium siue *balas* absq. specificatione mercium, inter quos testes Antonius Generes deponit ex experientia 12. annorū quibus in huiusmodi negotiatur. At lex si non est vsu recepta, minimè ligat, Ioan. Gutier. can. quast. lib. 1. cap. 8. n. 2. § 3. Sylvest. in sum. verb. lex num 6. Alderan. Mascard. de gener. interpret. statut. conclus. 3. num. 27. § 28. Diana resolut. moral. par. 1. tract. 10. reso. 1. 2. 6. § 7. & est cōmunis DD. conclusio secundū Couar. lib. 2. var. resol. cap. 16. nū. 6. notatur in can. in istis §. leges 4. dist. vbi Domini-

247

cus notat leges à Principe dari ea conditione & intentione vt non aliter ligent quā si fuerint recepię, quod etiam notauit Gutier. vbi sup. Et potest esse lex seu constitutio eadem quoad vnum dictum recepta, & quoad aliud non recepta, ligabitque dumtaxat in capite quo recepta est, Nauar. in manual. cap. 27. nū. 150. Sarmiento de redditib. Ecclesiast. 1. par. cap. 2. nū. 20. Imò Marta de iurisdictio. par. 4. centu. 1. claus. 19. nū. 13. § 19. docet & asserit quod vsus statuti debet probari ab eo qui in statuto se fundat, secus sentiens de legibus iuris communis.

Et licet fiscus obseruantiam non designandi specificè merces quarum fasces siue *balas* in memoriali manifestantur, distinguat, vt procedat in illis quæ ad dominum Generalis transuehuntur, non in alijs, quod & videtur declarasse Andreas de Mella tabularius super arti. 26. defensionum tamen supra citati 4. testes hoc non dicūt, sed indistinctè, & qui-

dēm per affirmatiuam, non  
per negativam deponunt:  
& quicquid de hoc esset, suf-  
ficit quod constat. Hiacintū  
Llobet denunciantem ob-  
stulisse fasces adducere ad  
domū Generalis ut ipse tabu-  
larius in sua depositione in  
offensam facta, facetur, &  
aliās constat ex alijs deposi-  
tionibus infra allegandis.

Præterea omnis doli præ-  
sumptio tollitur quando fit  
quod consuetum est, Farin.  
de pœn. temperan. quast. 89,  
num. 62. vbi ex actu solito  
non posse præsumi dolum  
scribit, sicut è contra præsu-  
mi inquit ex actu insolito.  
Sic officialis faciens quod  
sui prædecessores fecerunt,  
excusatur ab omni culpa ita  
ut in syndicatu nō teneatur  
ut per Iason in l. de quibus  
num 8. ff. de legib. Crauer.  
conf. 280. num. 3. post medi.  
Fontan. tom. 2. decis. 356.  
nu. 11. Cancer. par. 3. var.  
c. 12. n. 220. & obseruantia  
subsequuta excusat semper  
à poena & ad hunc saltē  
esse. Etū facit licitum quod  
erat illicitum, Ioan. Gütier.  
præct. qq. lib. 3. quast. 29. à

num. 17. Joseph. Ludouic.  
mun. conclus. 38. declar. 2.  
post ampliat. 6. & illatio.  
129. Thom. Mier. in curia  
Barcinon. Regis Ferdinādi  
cap. 6. de pœnis officialium  
non seruantium constitu-  
tiones nu. 6. cum seq. & in  
constitutio. Regina Maria  
super constitut. Hauentis à  
cor tit. de prohibita panno-  
rum extractione nu. 3.

Alia ratione excusatur na-  
uis magister quia in præci-  
tata ordinatione ss. trienni-  
nij 1641. in fine expressè ca-  
uetur quod credēcerius Ge-  
neralis teneatur instruere &  
informare nauis magistrum  
de forma denunciādi & ma-  
nifestandi tanquam foren-  
sem cum posset illam igno-  
rare, officium autem credē-  
cerij Ganeti gerebat ipse ta-  
bularius Andreas de Mella  
qui vitroque officio & collec-  
toris & credencerij fungi  
batur, ut constat super arti-  
culo 20. defensionum, & nō  
instruxit nostrum nauis ma-  
gistrum denunciantem: li-  
cet enim in sua depositione  
in offensam facta asserat se  
dicta die Louis 13. Augusti  
obuiam

obuiam sibi facto nauis ma-  
gistro in platea Caneti qui  
iam domi eius memoriale  
denūtiationis dimiserat, di-  
xisse cur confuse illud tradi-  
derat non designando mer-  
ces, sed fasces siue *balas*, per  
hoc tamen non satis illum  
instruxit, nec satisfecit mu-  
neri suo ex d. capitulo 58. &  
eius ordinationis præcepto:  
non enim dixit quod iuxta  
ordinationes dominorū De-  
putatorum tenebatur desig-  
nare merces imò in alia sua  
depositione in defensionem  
facta fatetur se non instru-  
xisse denunciantem, quia in-  
quit quod si ille domi per-  
sonaliter supradictum me-  
moriale sibi tradidisset ubi  
vixori dimisit nolēs absentē  
tantisper expectare, cum fe-  
cisset seruare ordinationes  
currentis triennij.

Magnam quoque excusa-  
tionem à pœna magistro na-  
uis denunciāti præstat, ut ex  
tabularijs, & ipsius denūcia-  
tis depositionibus, & alias  
constat, cum ille hunc incre-  
paret quod nimis cōfuse de-  
nunciationem fecisset, res-  
pondisse magistrum rogan-

do eum, vt sustineret aliquā-  
tulū quia cito domini mer-  
cium vēturi erant & illas ad  
domum Generalis afferrent,  
ipsi enim nō tradiderant me-  
moriale merciū, & ideo non  
audebat fasces sibi clausas &  
colligatas traditas dissolue-  
re, & aperire, & merces in-  
terim recognoscere. Nam  
in contrafactione, & contra-  
uentione ad incursum pœna  
rū necessarius est dolus seu  
dolosa contrauentio requiri-  
tur, ex latē traditis per Farin.  
de pœn. tēperan. tota quest.  
87. inspec. 1. Barthol. in l. 1.  
§. non autē ff. si quis testar.  
prohib. Crauet. conf. 319. n.  
15. Osasc. decis. 71. num. 17  
Francis. Becci. conf. 60. nu.  
17. Rimin. iun. conf. 337.  
nu. 16. § 17. Decian. conf.  
14. nu. 9. § seq. vol. 3. ple-  
nissime Flamin. Cartar. de-  
cis. Genua 130. nu. 11. §  
12. qui asserūt vt pœna cō-  
mittatur exigi dolū vel sal-  
tem latam culpam. Et con-  
trauentio quæ facie aliquem  
in pœnā cadere, debet esse  
formalis, quæ talis dicitur  
quando animus directo fer-  
tur ad contraueniendū, non  
alias,

alias, ut bene docet Bald. in  
l. i. C. de his qua pœna nomi-  
quem referunt, & sequuntur  
Nata. cons. 339. num. 8. lib. 2.  
Flamin. Cartar. d. decis. 130.  
num. 13. § 11. § 12. & no-  
ster Fontanel. nouis. tom. 2.  
decis. 463. nu. 18. § 19. §  
decis. 356. n. 18. 19. § decis.  
359. num. 15. 17. in quibus  
omnibus locis magnā vim  
in hoc facit scep̄t̄us repetēs.  
Imò quælibet causa quam-  
uis iniusta, & fatua excusat à  
pœna. Deci. in l. quod te nu.  
23. ubi etiam alij. ff. si cert.  
petat. fusè Rota. Romana in  
recentior. tom. 2. decis. 268.  
num. 3. &c eadem Rota in l.  
tom. decis. 95. num. 5. in fin.  
Seraphin. decis. 1231. nu. 10.  
Cæsar Barbi. decis. 16. num.  
40. § decis. 156. nu. 24. fu-  
se Fontanel. de pac. nup. cla.  
1. glo. 2. num 49. § ipse de  
offi. iud. & aduoc. par. 1. q.  
11. ex nu. 25. cum pluribus  
seqq. quia quod mala fide  
non fit pœnam non mere-  
tur. Crauet. cons. 18. nu. 12  
§ cons. 75. bona fides autē  
causari potest non solum ex  
iustis, sed etiam ex iniustis,  
& temerarijs causis, Cæsar

Barzi. decis. 139. nu. 9. Fla-  
min. Cartar. decis. Gen. 130  
nu. 11. Fontanel. decis. 464.  
nu. 5.

Sed & difficultas qua ma-  
gister premebat ne dis-  
solueret, & aperiret ante do-  
minorum aduentum fasces  
sibi sine memorialibus tra-  
ditas clausas & alligatas, ex-  
cusationem eidem præbuit,  
quia non solum necessitas,  
sed etiam difficultas excu-  
sat à pœna cap. breui de iur.  
iuran. Mattha. de Afflict.  
decis. 328. § 295. Aloysi  
Ricci. in collectan. decision.  
par. 4. collecta. 898. in priu.  
Farina. in prax. crimin. p. 3.  
post tit. de furt. in fracmen.  
littera D. nu. 140. § seqq.  
debetbat enim ex hac causa  
tabularius aliquātulum ex-  
pectare dominos mercium  
& interim apprehensionem  
& exequationem non face-  
re licet tempus statutum ad  
denunciandum pertransiret,  
nam statuti dispositio ciuili  
ter intelligenda venit, l. in-  
ciuilem rē desideras de fur.  
& in mora modici temporis  
præiudicium non conside-  
ratur, l. si debitori, ff. de iudi.

Tira-

Tiraquel. in tractat. de iudicio in rebus exigui. vers.  
29. n. 77. ♂ de retrac. ligna.  
§. 8. nu. 9. Sed quid tam multa? certe (ut vno dicam verbo) postquam magister nauis denuncians obtulit fasces ad domum Generalis traducere, & tradere, & interim non amouere, nihil amplius ab eo exigi sine iniuria potest.

Ad quartum de quo coqueritur fiscus quod nauis magister memoriale manifestatio nis mercium non tradiderit personaliter tabulario sed domi dimiserit vxori eius quia domi cum non reperit, sufficit nec in cap. 8. §. 8. Curiarum anni 1547. nec in capitulis 58. & 59. ordinationum triennij 1641 neque alibi cautum reperiri quod debeat huiusmodi traditio personaliter tabulario fieri. Quinimo et si ita sancitum & statutum esset, satis esset memoriale dimittere vxori tabularij in domo eiusdem, & diceretur adhuc traditio personalis, & statuto satis fieret; sic enim videmus in iudicijs primam citatio-

249

nem debere esse personale citati, & tamen sufficit quod citatio dimittatur domi uxori citati vel filio aut genero, Ferrer 3. par. obser. cap. 131. Peguer. in prax. ciuil. rubr. 6. nu. 5. limit. 1. qui ita decissim & ita obseruari referunt, & antea Ludoui. Roman. conf. 410. nu. 2. ♂ in fin. per tex. in clem. causam ad fin. de electio. Alciat. in l. de unoquoque nu. 29. vel 290. de re iudic. ♂ in rubr. de probati.

Quidquod in facto processus ex ipsius tabularij depositione appareat re integra cum reperto in platea Caneti magistro nauis denunciatori agnouisse se illud memoriale domi uxori eiusdem dimissum recepisse legisse & vidisse, quo casu si traditio personaliter tabulario fieri debuisset, hoc vitium qualcunque fuisset, penitus purgabatur, quemadmodum etiam de prima citatione dicimus, quae licet personaliter fieri debuisset, si ita facta tamen non sit, sed de notitia subsequuta constiterit, ita ligat citatio illa illegitima, sicut legit.

legitima ligasset, Hipolit de  
Martifil. in l. de unoquoque  
nu. 29. ff. de re iudi. Ludoui.  
Roma. Et Alciat. ubi su-  
pra, Peguer. d. rubr. 6. nu. 5.  
limit. 1. quia de modo non  
curamus si habemus esse-  
ctū, l. fin. ff. mandat, l. 3. ubi  
Bald. C. de instit. Et subst.  
Cancer var. part. 3. cap. 17.  
nu. 560. nec lex est imposi-  
ta verbis sed rebus l. 2. C.  
commun. delegat.

Ad quintū quod denun-  
cians non præsticerit sacra-  
mentum super verificacione  
memorialis manifesti, faci-  
lis est solutio atq; multiplex,  
nam tabularius tenebatur  
exigere à denunciante hoc  
juramentum, non hic vltro  
iurare, vt constat ex saepe al-  
legata ordinatione. 59. ibi:  
Manant a tots los Creden-  
fers, y a qualsevol altres o-  
ficials a qui tocara penderer  
los despats que prengan lo  
sobredit jurament dels dits  
Capitans, y Patrons. Nec  
aliud sensit cap. 8. §. 8. Curia  
rum anni 1547. ibi, Et de aço  
(loquitur de denuncianti-  
bus merces) hagen a fer-  
sagramēt en poder dels cu-

didors. Etenim iuxta cōmu-  
munē praxim quoties quis  
penes aliquē officialem iura  
re tenetur, officialis exigit iu-  
ramentum, & iuraturum in-  
terpellat, imò ita est de iure  
quia monitio seu interpellati-  
o de iure requiritur ubi  
pœna resultat ex negligētia  
seu ex non facto, alias pœ-  
na non committitur, quic-  
quid aliud sit quando pœna  
resultat ex facto, Alexan.  
Rauden. deo. Pisani. 26. nu.  
73. noster Fontanell. tom. 11.  
decis. 462. nu. 8. Et decr. 300  
num. 5. Et 6. obiq; suis bibet

et Adde quod ex depositio-  
nibus Hiacinti Itam, & An-  
tonij Generes testimoniis super  
art. 23. defensionum constat  
huiusmodi juramentum nō  
esse solū præstari nec esse  
in obseruantia. Insuper iuxta  
dictam ordinationem 58.  
tabularius tenebatur denū-  
ciatorem tāquam forensem  
instruere, & certiorē facere  
de modo denūciandi, & nō  
fecit. In forensi enim in si-  
milibus præsumitur igno-  
rantia, Peregrini. de iure fisc.  
lib. 6. tit. 5. num. 35. Ioseph.  
Mascar. de proba. in verb.  
gabella

gabella conclus. 834. nū. 9.  
§ seqq. vol. 2. Bouadil. in  
polit. 10. 2. lib. 4. cap. 5. n. 71.

Deniq; in omni casu propter omissum iuramentum si aliás facta est merciū denunciatio, pœna statuti incurti non potest, nec res in cōmissum cadit: quia ex hoc solo non est imposita pœna, sed imò principaliter pœna denuntiationem respicit, & minus principaliter iuramentum, & sic ex sola prædicta omissione iuramenti committi non potest, attēdi enim debet quod principaliter agitur, l. si quis nec causam, ff. si cert petat. Canner. var. par. 3. c. 7. de pass. nū. 59. quod maximè procedit in pœnibus, neq; etiam in totum pœna cōmittitur, si pro parte sit contrauentum, cap. suam § ibi glo. de pœnis. Gaspar. Antoni. Thesau. qq. forens. lib. 1. quast. 72. num. 5: ubi ita decisum refert.

Ad sextum quod non fuerint traditæ duæ copiæ memoriales eiusdem manifesti, quis ambigit? nam sæpe allegata ordinatio 5, do-

250

minorum Deputatorū quæ duo memorialia exigit, ita exigit ut vnu tradatur collectori iurium & aliud credencerio, & in processu ex depositionibus quinque testium super artic. 20. defensionum, nempē Marcelli Iuell, Iosephi Xammar, Hiacinti Itam, Galcerādi Aylla Regentis Vicariam, & Andreę de Mella tabularij cōstat ipsum Andream de Mella tabularium cui facta fuit denunciatio & memoriale traditum, gerere utrumque munus & collectoris, & credencerij, ideoque ex depositionibus duorum testium scilicet Hiacinti Itā & eiusdem Andreę de Mella tabularij super 24. articulo similiter constat non obseruari in Oppido Caneti tradere duo memorialia nec solita esse tradi, sed vnum, cū unus fungatur vtroq; officio, quod est prorsus indubitatū, cum cessante causa cesset effectus, cap. cum cessante de appellat. & intelligentia dictorum ex causis sit assumenda dicendi intelligentia de regul. iur. in antiqu.

in antiq. ultra quod in omni  
casu esset leuis & modica  
transgressio quae non potest  
facere cadere transgressorē  
in poenam nec in commis-  
sum mercium, iuxta tradita  
per Augusti. Morla. in em-  
por. iur. par. 1. tit. 2. quast. 7.  
num. 11. Et per Tiraquel.  
in tractat. de iudicio in re-  
bus exiguis, vers. 29. &c ad  
notata per Stephan. Gratia  
decis. Marchia 1. n. 5. 6. Et  
7. Farin. de testib. quast. 61.  
nu. 134. Fontannel. de pact.  
nup. clau. 2. ex n. 8. Et int.  
1. in fin. ff. de ventr. inspici.  
Neque culpa alicui tribui  
potest si facere desire id ad  
quod tenebatur, quando si  
illud factum esset, nihil ta-  
men profuisset, Bald. conf.  
145. lib. 3. Crauet. conf. 83.  
nu. 5. per tex. in l. 2. §. pœn.  
ff. ad Tert. Cancer. varia.  
par. 3. cap. 12. nu. 218. cum  
seq. Et ipse de offic. iud. Et  
aduoc. p. 1. q. 11. n. 137.

Demum omitti non po-  
test error quem continent  
illa substantialia & conclu-  
siva verba sententiae primi-  
tiuae. Fdcirco pronunciat  
sententias, & declarat di-

ctas merces, Et cerebalas  
absque manifestatione po-  
deris tanquam per nauiam  
confuse in manifesto tradi-  
tas cum preinserto memo-  
riali contraveniendo dispa-  
sitionibus ac formis denun-  
ciandi dictorum capitulorū  
Et ordinationum in cōmis-  
sum incidiſſe Et cæt. Etc-  
nem licet in cap. 49. n. 9. cu-  
riarum anni 1480. sanctiū  
sit quod collector iurium  
Generalis in suis libris te-  
neatur describere pondus  
fascium sive balas merciū,  
non tamē poteris expressio  
in denunciationibus seu ea-  
rum memorialibus fieri præ-  
cipitur dominis mercium,  
vel carum latoribus seu na-  
uum magistris in d. cap. 49.  
vel in allegatis c. 8. curiar.  
anni 1547. Et ordinationi  
bus 58. Et 59. triennij 1641.  
nec alibi reperiatur iussum &  
iniunctū nisi collectori iu-  
riū, cum tamen à diuersis,  
præcipue in poenalibus non  
liceat arguere l. Papinian⁹  
exuli, ff. de minor. vnde in  
ipsa conclusione sententiae  
error, & nullitas deprehendi-  
tur. Atq. hæc. Saluo, &c.